UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo sancti petri martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

mittitur ſalus cõmunitatis. Si
autem membrũ ſit ſanum. tunc
eſt ſecũda concluſio. ꝙ regulari
ter nõ eſt licitum alicui ſeipſum
mutilare. Et hoc probatur ſic.
Primo. quia homo naturaliter
amat ſeipſum ⁊ per conſequens
omnia que ſunt de integritate
ipſius. ⁊ ideo mutilare ſeipſum
eſt contra caritatem quam quili
bet tenetur habere ad ſeipſum.
Secundo ſic. homo ſimiliter eſt
pars cõmunitatis. ergo inferre
ſibi nocumentũ per mutilationẽ
eſt agere contra cõmune bonuꝫ.
Tertio. deus eſt inſtitutor natu
re inſtituẽdo mẽbra eius. ⁊ ideo
mutilans ſeipſum agit contra
deum. Tertia concluſio. ꝙ in ca
ſu licitum eſt. videlicet ex prece
pto dei occulto. qđ dicitur inſtin
ctus ſpiritusſancti. Ptꝫ conclu-
ſio. quia deus eſt auctor nature
⁊ dñs vite ⁊ mortis humane. et
per conſequens omniũ membro
rum. ⁊ ideo ſi precipit homini ſi
bi auferre vitam vel membrum
aliquod. nõ ſolum licitũ ſed etiã
debituꝫ eſt hoc fieri. Et hoc mo
do dicit ſanctꝰ thomas. in. ij. ij. q.
clxxxv. arti. ij. ad. iij. ꝙ credibile
eſt ꝙ beatus marcus hoc ꝙ digi
tum ſibi amputauit ex inſtinctu
ſpiritusſancti fecit ſine quo non
licet alicui ſibi manus inijcere.
Hoc idem ſanctus thomas po-
nit in. ij. ij. q. lxiiij. ar. v. (ad. iiij.
de ſanſone dicens ꝙ ſicut) dicit
auguſtinus. j. de ciui. dei. ꝙ non
ſanſon aliter excuſatꝫ ꝙ ſeipſum
cuꝫ hoſtibꝰ ruina domꝰ oppreſſit
niſi quia latenter ſpũſſanctꝰ hoc
iuſſerat. qui per illum miracula
faciebat. Et eandẽ rationẽ aſſi-
gnat de quibuſdã ſanctis femi-
nis que tempore perſecutionis
ſeipſas occiderũt. de quibus ec
cleſia memoriã facit. ¶ Ad ra-
tiones in contrariũ. Ad primaꝫ
de ſctõ marco. Et de ſanſon ptꝫ
reſponſio ex dictis. ¶ Ad tertiã
reſpõdetur negãdo ꝯñam. Et ra
tio eſt. qꝛ illud aſſumptũ in ma-
iori. vt dicit ſanctꝰ tho. (ij. ij. q.
lxv. ar. j. ad tertiũ.) eſt intelligẽ-
dum. qñ aliter puideri nõ poteſt
qꝛ ſaluti ſpũali ſemꝑ poteſt ali-
ter ſubueniri ꝙ per membri pre
ſciſionẽ. qꝛ peccatũ ſubiacet vo
luntati. ⁊ ideo in nullo caſu licet
membrũ abſcindere. ꝓpter quod
cunqꝫ peccatũ vitandũ. Vñ chry
ſoſtomꝰ exponẽs illud Matth.
xix. Sunt eunuchi q̇ ſeipſos ca-
ſtrauerũt ꝓpter regnũ celorũ. nõ
dicit mẽbroꝝ abſciſſione. ſed ma
larum cogitationũ interẽptione
maledictioni eſt obnoxius. q̇ mẽ
brum abſcindit. ⁊ ea que homi-
cidarum ſunt talis preſumit.

In feſto ſã
cti petri mar
tyris de ordi-
ne ꝑdicatorũ
eſt euãgeliũ.
Si quis vult
poſt me ⁊c.
Matth. xvj.
Circa qđ poſ

ſunt diſputari ſequẽtes queſtiones. ¶ Prima. vtrũ ad ꝯſecutionem eterne beatitudinis ſit neceſſe abnegare ſemetipſum ⁊ tollere crucem ſuã ⁊ ſequi chriſtũ. ¶ Secunda. vtrum beatus petrus martyr dicatur triplici aureola dotatus.

D primã qſtionem qua queritur. vtrũ ad conſecutionẽ eterne beatitudinis ſit neceſſe abnegare ſemetipſum ⁊ tollere crucem ſuam ⁊ ſequi chriſtũ. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo ſic. ad conſecutionez vite eterne neceſſe homo debet diligere ſemetipſum. ergo non abnegare. conſequentia videtur bona. quia iſta duo videntur eſſe contraria. antecedens eſt manifeſtum. quoniaz ſi diligere ꝓximuz cadat ſub precepto illuz diligere debeo ſicut meipſum. ergo ſub precepto cadit. vt quis ſeipſuz ex caritate diligat. ¶ Secundo ſic. dicitur ad Ephe. v. Nemo vnꝙ̃ carnem ſuã odio habuit. nam homo naturaliter diligit vitam ſuã corporalẽ ergo ad ꝯſecutionez eterne vite nõ eſt neceſſariũ abnegare ſeipʒ. ¶ Tertio ſic. matth. xj. dr. Iugũ meũ ſuaue eſt ⁊ onꝰ meũ leue. ſʒ hoc nõ videt̃ ſtare cũ hoc ꝙ oporteat ſumere crucẽ ad ꝯſecutionẽ vite et̃ne. ¶ In oppoſitũ eſt euangeliũ preſens. ¶ R̃ndeo dicẽdũ ꝙ vera eſt ſentẽtia dñi. Tria em̃ ſunt vt dicit Chryſo. ad eundum poſt xp̃m. Primuz eſt abnegatio ſuipſiꝰ ſm partẽ ſenſibilẽ. i. voluptatũ carnaliũ ⁊ t̃palium abnegatio. Scdm̃ eſt crucis ſuſceptio. Tertiũ eſt imitatio. Primuz notatur. cũ dicit. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum. Et dicit Chryſo. ꝙ loquitur ꝑ ſimilitudinẽ. vt ſi haberes filiũ et videres eũ male tractari. ſi non curares tu. abnegares. ſic ſi vis ſequi paſſionez dñi oportet ꝙ abneges te. i. ꝓ nihilo reputes. p̃s. Factꝰ ſuz ſicut homo nõ audiẽs ⁊ non habẽs in ore ſuo redargutiones. Scdʒ eſt ibi. ⁊ tollat crucem ſuã. i. paratꝰ ſit in animo pati crucem ſiue mori morte acerbiſſima ⁊ turpiſſima ꝓpter xp̃m. vt ipſe ꝓ te fecit. ſm illud Sap̃. ij. Morte turpiſſima condemnemus eum. Unde homo debet eſſe paratus pati quancunqȝ mortem propter deum. Tertiũ tangitur ibi. Et ſequat̃ me. Et ad hoc xp̃s rationẽ inducẽs ſubdit. Qui enim voluerit animã ſuã ſaluaz facere perdet eam. Hoc autẽ poteſt dupliciter ĩtelligi. Perdere enim poteſt habere duplicẽ ſignificationẽ. Uno modo idez eſt qd̃ amittere. et in iſto ſenſu. perdet eam. Subintelligendum eſt. in alia vita. quaſi diceret. Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere. i. delicijs ⁊ voluptatibꝰ oc-

cupare in hac vita. qꝛ hoc eſt vi-
tam ſuam ſaluare ſm opinionez
carnalium. ꝛ talis perdet eam in
alia vita. qꝛ obligit eam ad pe-
nam inferni. Alio modo perdere
idem eſt quod deſtruere. ꝛ tūc cū
dꝛ. Perdet eam. ſubintelligitur
in hac vita. Et eſt ſenſus. Qui vo
luerit animam ſuam ſaluam fa-
cere ꝓ̄tum ad meritum vite eter
ne ipſe perdet eaz. i. deſtruet coꝛ
pus laboꝛib⁹ ꝛ paſſionibus expo
nendo ex quibus ſequitur ſepa-
ratio anime a coꝛpoꝛe. ꝛ hoc eſt
animam perdere. ſm eſtimatio-
nem falſam carnaliū. licet ſit ſal
uare eam ſm veritatem. Et ſm
hunc vltimum ſenſum. ſequitur.
Qui autem perdiderit animam
ſuam propter me. i. propter deuz
moꝛtez ſuſtinendo. ipſe inueniet
eam in beatitudine deo fruēdo.
¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ¶ Ad
pꝛimam rn̄detur negādo conſe-
quentiā. qꝛ abnegare ſeipſuz ſm
exterioꝛem ſiue ſenſibilē naturā
non obtēperādo in his que repu
gnant rationi. nō eſt contrariū ei
qd̄ eſt diligere ſeipſum vt eſt pꝛe
ceptum. qꝛ intelligit ſm naturaz
rationalē. vt ſcz homo velit ſibi
bona que pertinent ad perfectio
nem rationis. amare aūt ſeipſū
ſm naturam ſenſibilē ſibi obtem
perādo nō eſt vere amare ſeipſū
ex caritate. Propter qd̄ diligere
ſeipſum ſm naturam exterioꝛez
in his que repugnant rationi eſt
vituperabile. vn̄. ij. Thimoth. iij.
dꝛ ꝙ in nouiſſimis diebus inſta-
bunt tempoꝛa periculoſa. ꝛ erūt
homines amantes ſeipſos. Sed
in his in quib⁹ natura exterioꝛ in
terioꝛi concoꝛdat eſt laudabile.
Vn̄ hoc eſt abnegare ſemetipſū
i. affectum humanum non ſequi
ſz refrenare ꝛ ſubiugare ratiōi.
¶ Ad ſcd̄am rn̄detur. negando con
ſequentiam. Et ratio eſt. qꝛ nō di
cimus ꝙ ad conſecutionem vite
eterne debeamus nos interfice-
re vt deſtruamus naturam. qꝛ ne
mo carnē ſuam odio habuit. ad
Eph. v. ſed abnegemus nos. ſcz
ſenſibilem naturaz in his que re
pugnant ꝛ contrariantur rationi
vel que retardant nos a conſecu
tione bonoꝛum ſpiritualium re-
frenemus et humiliemus ratio
ni. ſicut dicit apoſtol⁹. j. Coꝛ. ix.
Caſtigo coꝛpus meum ꝛ in ſerui
tutem redigo ꝛc. ¶ Ad tertiā rn̄-
detur. negando conſequentiam.
Et ratio eſt. qꝛ lex xp̄i dicitur iu-
gum ſuaue ꝛ onus leue diligēn-
tibus. quia vt dicit auguſtinus.
Amoꝛ omnia leuia facit. ꝛ amā-
ti nihil eſt difficile. nec hoc repu
gnat ei ꝙ homo animo ſit para-
tus ſuſcipere moꝛtem ꝓpter xp̄z
ſi fuerit expediens. Vel crux di-
citur ibi moꝛtificatio carnis. de
qua apoſtolus ad Galath. v. Qui
autem chriſti ſunt. id eſt. qui ſpi
rituz dei habent carnem ſuā cru
cifixerunt cum vicijs ꝛ concupi
ſcentijs ſiue paſſionibus quibus
anima inclinatur ad peccanduz
et quia tales ad hec opera mouē
tur ex deuotione ad chriſtuz cru

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cifixum ideo ſignanter dicit apoſtolus.crucifixerunt.i.xp̄o crucifixo ſe conformauerunt. affligendo carnem ſuā. Vn̄ ad Gal. ij.dicit apoſtolus. Ut deo viuaꝫ chriſto confixus ſum cruci.

D ſecūdam q̄ſtionē ꝙ beatus petrꝰ martyꝛ dꝛ triplici aureola dotatꝰ qꝛ virgo.qꝛ predicatoꝛ ſiue doctoꝛ qꝛ martyꝛ. Queritur.vtrum ille tres aureole in beato petro martyꝛe fuerunt equales. Et videtur ꝙ non.qꝛ aureola virginitatis videt̄ eſſe maioꝛ īter alias. Dicit enim cyprianus de virginibus loquēs ꝙ illuſtrioꝛ ſit portio gregis chriſti. ¶ Scd̄o.alijs videtur ꝙ aureola martyꝛij ſit maioꝛ. et hoc dicit beda. ¶ Rn̄deo dicenduꝫ.ꝙ tres aureole in beato petro non fuerūt equales ⁊ ꝙ ſimpliciter loquendo aureola debita qꝛ martyꝛ excellētioꝛ eſt ceteris. Pꝛo quo notādū iuxta ſanctū tho.in.iiij.(di.xlix.q.v.ar.v.q.ij.) ꝙ p̄eminentia aureole ad aureolā dupliciter poteſt attēdi. Pꝛimo ex parte pugne vt dicat̄ aureola potioꝛ q̄ foꝛtioꝛi pugne debet̄.⁊ per hunc modū aureola martyꝛiuꝫ alijs aureolis ſupeminet (quodāmodo.⁊ aureola virginum alio modo. Pugna enim martyꝛij) eſt foꝛtioꝛ ſm̄ ſeipſaꝫ ⁊ vehementiꝰ affligens ſꝫ pugna carnis eſt periculoſioꝛ inq̄tū eſt diuturnioꝛ ⁊ magis nobis imminet e vicino.⁊ ſic ſupeminet quodammodo aureola virginū. Secūdo ex parte eoꝛū de quibus eſt pugna. ⁊ ſic aureola doctoꝛuꝫ inter omnes eſt potioꝛ.qꝛ hm̄oi pugna verſatur circa opera intelligibilia. alie v̄o pugne circa ſenſibiles paſſiones. Eminentia aūt que attēditur ex parte pugne eſt aureolis familiarioꝛ.qꝛ aureola ſm̄ ꝓpꝛiam rationem reſpicit victoꝛiam ⁊ pugnā.difficultas etiā que attēditur ex parte ipſius pugne eſt potioꝛ ꝙ illa que attēdit̄ ex parte noſtri inq̄tū eſt nobis vicinioꝛ.⁊ ideo ſimpliciter loquendo aureola martyꝝ inter oēs eſt potioꝛ. Et ideo dꝛ. Matt.v.ꝙ in octaua beatitudine ⁊c.q̄ ad martyꝛes pertinet.ſcꝫ Beati qui perſecutionem patiūtur.om̄es alie perficiūtur ꝓpter hoc etiā eccleſia in cōnumeratiōe ſctōꝝ martyres doctoꝛibꝰ ⁊ virginibꝰ pꝛeoꝛdinat.ſꝫ q̄tū ad aliq̄d nihil ꝓhibet alias aureolas excellētioꝛes eē. Et per hoc ptꝫ rn̄ſio ad obiecta.

n feſto apoſtoloꝛum philippi ⁊ iacobi eſt euangeliū. In illo tempore.dixit ⁊c.nō turbet̄ coꝛ veſtrū ⁊c. Johis xiiij. Circa q̄d pn̄t diſputari